

I. IN CARTHAGINENSIS CONCILIO IV. c. 29. [an. 398. in Africa.]

Episcopus alicui crimen obicit, in Synodo probet, quod obicit.

Episcopus, si Clerico, vel Laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodo.

GRATIAN. SED obicitur. Si se solum alieni sceleris conscium noverit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, sic diffinitur

II. EX CONCILIO VASENSIS I. c. 8. [an. 442. in Gallia Narbonensi.]

Episcopus non proferat, quod probare non potest.

SI tantum b Episcopus alieni sceleris se conscium noverit, quamdiu probare non potest, nihil proferat, sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret. Quod si forte correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiam si Episcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probatione deficiat, indemnatu s (sicet ab iis, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro personæ majoris autoritate jubetur:) ille tamen d, quamdiu nihil probari potest, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanebit e.

CORR. ROM. a Indemnatus. In originali legitur, indemnatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro personæ majoris autoritate jubetur, illo, quamdiu nihil probari potest, in communione omnium, præterquam ejus, qui eum reum judicat, permanente.

PITH. 1 Si tantum. V. C. si quis Episcopi sententia non acquiescit, recurrat ad Synodum: quod si tantum, &c.

2 Probare non. Delent 2. V. C. 3 Quod si. 2. V. C. qui si. 4 Ille tamen. 3. V. C. illo. 5 Permanebit. remanente. 6 Persona. 3. V. C. persona. 7 Autoritatis. 3. V. C. autoritate.

III. ITEM EX CONCILIO AFRICANO, c. 99. [an. 424. in Africa.]

De Episcopo, qui sibi soli dicit alicuius crimen suum fuisse confessum.

PLacuit d, ut si quando Episcopus dicit alicui sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, non putet e ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propria conscientia se dicit neganti nolle communicare a, quamdiu excommunicato non communicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis; ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest.

CORR. ROM. a Communicare. Sic in Carthagenensi septimo, c. 5. cui ad verbum respondet hoc Caput. In Africano autem; hic sequitur, secretè tamen f interdicat ei communionem, donec obtineat, quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba, Quamdiu, &c. sunt initium Capituli centesimi.

SI LICEAT SIBI EXPETERE JUDICIUM ARCHIEPISCOPI ALTERIUS PROVINCIÆ.

QUÆSTIO III.

GRATIAN. JUDICIUM verò Archiepiscopi alterius provinciæ alicui expetere non licet. Unde ait

I. GREGORIUS I. Respons. 9. ad Augustinum Anglorum Episcopum. [an. 604. Romæ in Angliam.]

Alterius parochianum alicui judicare non licet.

SCRIPTUM est in Lege a: Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manum spicis conterere, & manducare. Falcem ergo iudicii mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum b boni operis frumenta Dominiæ vitorum suorum paleis expolia, & in Ecclesiæ corpus monendo, & persuadendo, quasi mandando, converte.

II. ITEM PELAGIUS Papa II. Epist. 1. omnibus Episcopis. [c. an. 580. Romæ.]

Quot civitates unaquaque provincia habeat.

SCitote certam c provinciam esse, quæ habet decem, aut undecim Civitates, & unum Regem, & totidem minores Potestates sub se, & unum Metropolitanum d, alioque Suffraganeos e x. vel XI. Episcopos Judices: ad quorum iudicium omnes cause Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac civitatum referantur, ut ab his omnibus iustè, consona voce discernantur f, nisi ad majorem auctoritatem fuerit ab iis, qui iudicandi sunt, appellatum. Unde non oportet ut degradetur, vel dehonoretur unaquaque provincia: sed apud semetipsam habeat Judices, Sacerdotes, & Episcopos, singulos videlicet secundum ordines

c Polyc. l. 5. tit. 1. Ansel. l. 6. c. 107. Pann. l. 4. c. 24. d Episcopum. orig. e Suffragatores. orig. f al. decernantur.

suos; & quicumque causam habuerit, a suis Judicibus iudicetur, & non ab alienis; id est, a suis iustis Judicibus provincie, & non ab extraneis g, nisi (ut jam est prælatum,) a iudicandis h fuerit appellatum.

III. ITEM NICOLAUS Papa I. [fortè c. an. 865. Romæ.]

Non aliorum, sed Primatis sui iudicio quisque se subiciat Episcopum.

Denique Suffredus 2, si tale in se crimen noverat, quo rectè posset Episcopatu privari, vel infirmitate se sentiebat forsitan prægravari, quæ impediens nullis posset proximis sua prelatione prodesse: Primatis sui debebat, & non aliorum Diocesanos Antistitem præfolarum iudicium. Quod si quælibet ambiguitas, vel aliqua fortasse super ejus examinatione vel Episcopatus abrenuntiatione oborta fuisset contentio, ex more ad Apostolicam Sedem referri convenerat; & nostra in his omnibus debuerat cuncti decreta penitus expectare. Quod quia omnium a hactenus dolemus; dilectissimam mihi Gloriam vestram vehementer efflagito, ut jam dictus Suffredus 3 Episcopum proprio restituatur Episcopio: & si quid reprehensione dignum restituitur vel correctione, vel animadversione demittatur.

CORR. ROM. a Omissum. Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis Gratiani codicibus.

PITH. 1 Papa. Add. V. C. Ludovico Imp. Suffredus. V. C. Suffredus. Suffredus. V. C. Suffredus: abest vox Episcopus.

EST tamen casus, in quo Episcopos alterius Parochia: num excommunicare valet. Unde

IV. IN CONCILIO APUD COMPENDIUM, c. 5. [fortè c. an. 757. in Gallia.]

Quando Episcopus alterius Parochianum excommunicare valet.

PLacuit i pro communi utilitate, & instante necessitate, i Burch. l. 1. ut nullus Episcoporum graviter ferat, si ejus Parochia: num pro deprecationis causa alter Episcopos excommuni- c. 12. c. 82.

V. ITEM EX CONCILIO MELDENSI, c. 2. [c. an. 845. in Gallia.]

De eodem. P A L E A.

DE illis autem k, qui intra parochiam Beneficium, aut l Extrâ de hereditatem habent, & alterius Episcopi Parochiani c. 1. sunt, & de loco ad locum iter faciunt, & rapinam m, & Burch. l. 71. deprecationes peragunt; placuit, ut excommunicentur; c. 45. nec ante ex parochia exeant, quam, quæ perpetrarunt, Ivo, p. 14. dignè emendent. Quorum excommunicatio seniorum, & proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiant m, al. rapinas. m al. recipiant.

CUJUS JUDICIUM SIT EXPETENDUM, SI CIRCA SENTENTIAM EPISCOPOS PROVINCIÆ DISCORDARE CONTIGERIT.

QUÆSTIO IV.

PORRò cujus iudicium sibi expetendum sit, si Judices GRATIAN. electi inter se discordare cœperint, sic invenitur dif- finitum

I. IN CONCILIO ANTIOCHENO, c. 4. [an. 341. in Syria.]

A quo sit ferenda sententia, quando comprovinciales Episcopi discordant.

SI quis Episcopus a criminaliter b in iudicio Episcoporum c Burch. l. 1. fuerit accusatus, contingat autem Episcopos provincie, c. 150. Ivo, p. 5. qui convenerint, diversas habere sententias, & alios qui dem innocentem eum pronuntiare, alios reum; propter hujusmodi controversiam amputandam placuit sanctæ Synodo Metropolitanum a Episcopum alterius provinciæ vicinæ i advocari 2, & aliquantos cum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quæcumque fuerint 3, dirimant quæstiones 4: propter hoc, ut firmum sit iudicium, quod ab unius provinciæ Episcopis fuerit promulgatum.

CORR. ROM. Caput hoc in multis etiam vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Concilio Laodiceno. In uno tamen perantiquo est ex Concilio Antiocheno, in quo etiam extat: & est antiqua versio.

Metropolitanum. Grecum exemplar hic valdè differt ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur Concilium unius provinciæ, in quo necesse est adesse proprium Metropolitanum, posse advocare vicinæ provinciæ Metropolitanum, cum aliquot Episcopis. Quod Martinus etiam Bracarensis in sequenti capite, quod ex Concilio Antiocheno accepit, confirmat. Grecè verò locus ita habet: ἰδοὺ τῆ ἀγίας συνόδου τῶν τῶν ἀποστολικῶν ἐκκλησιῶν ἀπὸ τῆς πᾶσι κοινῆς ἐπιτοχῆς ἰσαχθῆναι μετακαλιθεῖν ἑκάστη τῶν ἐπιμεριῶν, καὶ τῶ ἀμφοτέρωθεν διαβάσαντες, τῆ βελούτου τῶν τῶν ἰσαχθῆναι τῶ περὶ αὐτῶν. Quod Dionysius, quemadmodum etiam est in codice Canonum, sic veritè: Sancta Synodo placuit,

ut Metropolitanus Episcopus à vicina provincia Judicet alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos simul, & per comprovinciales 6 Episcopos, quod iustum visum fuerit, approbentur. Ac sancè, quod Metropolitanus ad alterius Metropolitanum vocationem debet venire, atque in eodem Concilio duo Metropolitanum futuri essent, vix videtur convenire.

PITH. 1 Vicina. Delent V. C. 2 Advocari. Add. V. C. oportere. 3 Fuerint. V. C. fuerit. 4 Quæstiones. V. C. quæstionem. 5 Ur. V. C. &c. 6 Et per comprovinciales. 2. V. C. & provinciales.

II. ITEM EX CONCILIO MARTINI PAPÆ 6, id est, Episcopi Bracarenis, c. 13. [c. an. 572. in Hispania.]

Quando Judices electi de sententia inter se discordes extiterint, de vicina provinciæ Archiepiscopus advoceatur.

SI quis Episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & viderit ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se iudicio discrepare, & alii videantur eum, qui iudicatur, iustificare, alii condemnare; pro definitione hujus dissensionis hoc placuit sancto Concilio, ut de provincia vicina alter Metropolitanus convocetur Episcopis, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit Canonem.

GRATIAN. NISI eadem provinciæ Primatem habuerit, ad quem negotia, quæ per Metropolitanum terminari non valent, referenda sunt. Unde

III. BONIFACIUS Papa I. Episcopi a Gallia. Simò ex Nov. 115. c. 36. apud Jul. Antec. an. Chr. 546. Constantinopoli.]

Primati deferantur negotia, quæ Metropolitanus explicare non valet.

SI inter Episcopos d ejusdem Concilii dubitatio emergerit de Ecclesiastico jure, vel de aliis negotiis; primum Metropolitanus eorum cum aliis in Concilio considerans rem dijudicet, & si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod Ecclesiasticis Canonibus, & legibus veltris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo ejus valeat contradicere.

CORR. ROM. a Episcopis. Sic est emendatum ex aliquot vetustis codicibus, Burchardo, Ivone, & Polycarpo: Antea erat, populis. Simillima verò huic capitū leguntur Novellâ 123. c. 34. apud Julianum Antecessorem.

IV. ITEM ALEXANDER Papa. [fortè c. an. 116. Romæ.]

De eodem. P A L E A.

SI Metropolitanus e à quocumque comprovinciali Episcopo a in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima Synodo negotii sui habeat licentiam exercendi; & quicquid per i iustitiam à Comprovincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

CORR. ROM. a Episcopo. Burchardus, & Ivo addunt, bis fuerit in causa, &c.

GRATIAN. SED si omnium Comprovincialium concordia sententia fuerit damnata, manebit erga eum immobilis censura. Unde legitur

V. IN ANTIOCHENO CONCILIO, c. 15. [an. 341. in Syria.]

Episcopus, qui ab Episcopis sue provinciæ consonam sententiam reportaverit, ab aliis iudicari non poterit.

SI quis Episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus, qui sunt intra provinciam, Episcopis, acceperit e unam, consonamque sententiam; ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tamquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

GRATIAN. SUBINTELLIGENDUM verò est, nisi ad iudicem majoris autoritatis fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet. Unde ait

VI. NICOLAUS Papa I. in Epistola ad Carolum Regem, cujus initium, Nunquam dolorem generat. [an. 868. Romæ in Galliam.]

Semel definitum retrahari non licet, nisi ubi major autoritas fuerit.

Quod bene b 7 semel definitum est, & interpolitis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi fortassis ubi fuerit major autoritas) retractari.

PITH. 7 Quod bene. Refert Regino, p. 37.

VII. ITEM EX CONCILIO SARDICENSI, c. 4. [an. 347. in Thracia.]

In renovatione iudicii, Beati Petri memoria est habenda. Sicut 8 Episcopus b dixit: Quod si aliquis Episcopus adjudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam Part I.

b Burch. l. 9. c. 49. i Nic Episcopus qui in Convicium conveniunt. Ansel. l. 2. c. 77.

causam habere, ut iterum iudicium 9 renovetur, si vobis placet, Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur vel 10 ab his, qui 11 examinaverunt, vel 12 etiam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et, si iudicaverit 1 renovandum esse iudicium, renovetur, & det iudices. Si autem probaverit talem causam 13, ut ea non refricetur, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur: Synodus respondit: Placet.

PITH. 8 Offus. Exig. 9 Judicium. Concilium. 10 Vel. Deest in V. C. 11 Qui. Add. V. C. causam. 12 Vel. V. C. vel Julio Romano Episc. cetera desunt. 13 Causam. V. C. causam esse, ut non refricetur ea que acta sunt, que decreverit confirmata erunt. Sic etiam Græci.

SI IN PROBATIONE DEFICIT ACCUSATOR, AN REUS SIT COGENDUS AD PROBATIONEM SUÆ INNOCENTIÆ.

QUÆSTIO V.

QUòd autem deficiente accusatore non sit Reus cogendus ad probationem, probatur autoritate

I. GREGORIUS I. qui lib. 5. Epist. 25. a scribens Maximo, ait. [an. 596. Romæ in Dalmatiam.]

Onus probationis Reo non incumbit.

QUòd autem postulas, ut illic personam dirigere debeamus, quæ b de his, quæ dicuntur, possit esse probatio, effect utcumque excusabile, si unquam ratio est, qui sententia orig. accusator, necessitatem probationis imponeret. At postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit, ad nos, sicut præfati sumus, dilatione cessante venire non desinas.

ITEM accusatus non negationem, sed exceptionem probare debet.

II. CODICIS lib. 4. tit. de probationibus, l. actor. [an. 304.]

Accusator d, quod asseverat, probare se non posse proficundo, Reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit; cum per rerum naturam, factum negantis probatio nulla sit.

Hoc autem servandum est, quando Reum publica fama non vexat. Tunc enim autoritate ejusdem Gregorii e propter scandalum removendum, famam suam Reum purgare oportet.

GRATIAN. non vexat. Tunc enim autoritate ejusdem Gregorii e propter scandalum removendum, famam suam Reum purgare oportet.

CAUSA VII.

QUIDAM Episcopus longa ægritudine a gravatus alium sibi substitui rogavit, cujus precibus fumus Pontifex annuit; & quod rogaverat, ei concessit. Postea verò convalescit idem Episcopus, & quod prius fecerat, cupit rescindi: adversus eum, qui sibi successerat b, quæstionem movet, suamque cathedram tamquam sibi debitam reposcit.

I. Hic primum queritur, utrum vivente Episcopo alius possit in eadem Ecclesia ordinari.

II. Secundo, an ille valeat reposcere cathedram, quam sua intercessionem alter accepit.

GRATIAN. a al. invalētudine. b al. accepserat.

UTRUM VIVENTE EPISCOPO, ALIUS POSSIT IN EADEM ECCLESIA ORDINARI.

QUÆSTIO I.

QUòd autem vivente Episcopo alius superponi, aut superordinari non possit, ex Concilio a apud Arvernum b celebrato definitum est, in quo legitur [ut nullus, vivente Episcopo, alius superponatur, aut superordinetur Episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitulis culpa deiecerit.]

CORR. ROM. a Arverniam. Burchardus etiam, & Ivo citant ex Arvernensi, c. 13. extat autem in Aurelianensi quinto, c. 12.

I. ITEM EX REGESTO Gregorii Papæ I. lib. 9. Epist. 41. ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconum. [an. 601. Romæ Constantinopolim.]

Pro molè ia corporis, suo honore non privetur Episcopus. Scripsit e mihi tua Dilectio, piissimum Dominum nostrum Reverendissimo Fratri meo Joanni primæ Justinianæ Episcopo pro ægritudine capitis, quam patitur, præcipere succedere fortè, dum Episcopi iura eadem civitas non habet, (quod abbi) ab hostibus perat. Et quidem nusquam d Canones præcipiunt, ut pro ægritudine Episcopo succedatur; & omni- B b ij

c Polyc. l. 2. tit. 17. Ansel. l. 6. c. 201. Burch. l. 1. c. 188. Ivo, p. 5. c. 304. d Polyc. l. 2. tit. 19.